1

IOANNIS PAVLI Fincke

# CONSPECTVS BIBLIOTHECAE HISTORICAE SAXONIAE INFERIORIS,

CVIVS

## SPECIMEN

EXHIBET

## SCRIPTORES LVBECENSES.

Nil conscire sibi

ACCEDIT

KREYSIGII ET STRVVII

## BIBLIOTHECARVM SAXONIAE SVPERIORIS HISTORICARVM COLLATIO.

---

HAMBVRGI,
LITTERIS PISCATORIIS.

Universitäts-
München
Bibliothek

*VIRO*

*PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO,*

*DOMINO*

# ERNESTO IOACHIMO DE WESTPHALEN,

AVRATI ORDINIS SLESVICENSIS HOLSATICI

EQVITI,

CAESAREAE CELSITVDINIS

MAGNI DVCIS RVSSIAE,

DVCIS SLESVICI ET HOLSATIAE REGNANTIS

CANCELLARIO

AVLAE ET SENATVS INTIMI,

HVIVSQVE CONSILIARIO,

SVPREMI CONSISTORII MILITARIS ET ECCLESIASTICI

PRAESIDI,

ACADEMIAE CHILONIENSIS

CVRATORI,

MAECENATI

SVMMOPERE COLENDO.

# VIR PERILLVSTRIS
## ATQVE EXCELLENTISSIME,
## MAECENAS SVMME.

Quam in TE omnes demirantur, ſingularis TVA eruditio me quoque in admirationem rapuit, cum TE conueniendi ſuperiori aeſtate haberem poteſtatem. Summa deſignati Sueciae Regis praeſentia TE quoque,

VIR PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME, huc traxerat, quem maximum Holſatiae adminiſtrum ſalutandi ſingulis horis plures aduolabant. Facilis ad TE mihi quoque aditus erat. Diſſerebas grauiter de rebus eruditis et ſermoni de conatibus meis litterariis locum relinquebas. De edenda bibliotheca Saxoniae inferioris hiſtorica conſilium non reprehendebas, addebas mihi potius calcaria ad vnum omnes recitando, qui bibliothecas hiſtoricas condiderint. Teſtantur omnia TVA eaque multa ſcripta multae lectionis virum. Adſtupuerunt imprimis viri docti eruditis TVIS praefationibus ad *monumenta inedita rerum germanicarum*, collectionem illam, qua TV, VIR PERILLV-

STRIS ATQVE EXCELLENTISSIME, de tota Holſatia, de tota Megapoli promeritus es. Admirationem omnibus illae praefationes excitant, quod a ſummo heroe in toga proficiſcantur. Me prorſus, ne quid diſſimulem, admiratio cepit, cum rerum ciuilium peritis aures praebuiſſes, quod ex tempore longum bibliothecarum hiſtoricarum catalogum contexere potueris. Primum inter bibliothecarum conditores hoſce IPSE tenebis locum, ſi quam diu meditatus es *bibliothecam hiſtoricam Mecklenburgicam* prodire iuſſeris. Cui igitur potius quam TIBI, VIR PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME, cui magis idoneo iudici conſpectum hunc bibliothecae hiſtoricae Saxoniae inferioris offerre potuiſſem ac debuiſ-

ſem.

ſem. Maxima ſunt dudum TVA in rem litterariam merita, ne de illis in rempublicam alieno hoc loco dicam, quae quotidie auges, dum academiae Kilonienſis commoda promoues. Supremum Numen ſupplex veneror, vt TE, VIR PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME, rei litterariae praeſidium diu ſeruet, ita de certo Maecenate mihi etiam gratulari poſſum

*PERILLVSTRIS NOMINIS TVI*

Scribebam *Hamburgi*
Ipſis Cal. Mart. MDCCXLIV.

Cultor perpetuus
Ioannes Paulus Fincke.

## §. 1.

Ampliſſimis ſcriptorum medii aeui collectionibus pretium omnino ſtatuendum eſt, cum illi auctores de temporibus ſcripſerint, quibus proximi fuerunt. Ea vero huius et ſuperioris ſeculi eſt felicitas, vt reſeratis tabulariorum repagulis vaſtae diplomatum prodierint collectiones. Harum ope commiſſos ab iſtis errores ſuppleuerunt hiſtoriarum cultores et certatim alius alio grauius argumenta hiſtorica excuſſerunt. Non infimo loco ponendae ſunt biographiae Principum atque chorographiae et topographiae, quarum tanta ſeges eſt, vt integras omnium fere regnorum regionumque bibliothecas hiſtoricas habeamus.

## §. 2.

De *Luſitanis* ſcriptoribus expoſuit Dn. IOAN. IAC. SCHMAVSIVS im Staat des Königreichs Portugall. Halle 1714. 8. *Hiſpanos* ſcriptores recenſuit NIC. ANTONIVS in bibliotheca Hiſpana noua. Romae 1672. F. *Gallicos* ſcriptores conduxit IAC. LE LONG in Bibliotheque hiſtorique de la France. à Paris 1719. F. De *An-*

*glis* ſcriptoribus ſententiam dixit HERM. DIET. MEIBOMIVS in Programmate de anglicanae hiſtoriae periodis. Helmſt. 1702. 4. *Belgicos* ſcriptores enarrauit ADR. PAARS in Indice Batauico. Leid. 1701. 4. De *Helueticis* ſcriptoribus iudicium tulit IO. CONR. FVSLINVS in praefatione ad theſaurum hiſtoriae Helueticae. Baſ. 1734. F. *Italicos* ſcriptores recitauit Dn. IO. ALB. FABRICIVS in conſpectu theſauri litterarii Italiae. Hamb. 1730. 8. *Danicos* ſcriptores produxit NIC. PET. SIBBERN in bibliotheca Danonoruegica. Hamb. 1716. 8. *Polonicos* ſcriptores congeſſit DAV. BRAVNIVS in catalogo de ſcriptoribus Polonicis. De *Pruſſicis* ſcriptoribus commentatus eſt MICH. LILIENTHAL in der Preußiſchen Bibliothek. Königsb. 1742. 8. *Hungarorum* ſcriptorum notitiam dedit DAV. CZWITTINGERVS in bibliotheca ſcriptorum Hungaricorum. Ffti. 1711. 4. *Ruſſicos* denique ſcriptores annotauit RVD. AVG. NOLTENIVS in diatriba de hiſtoriae Ruſſicae fontibus. Lipſ. 1739. 4.

## §. 3.

Palmam omnibus facile praeripit laudatiſſima bibliotheca Galliae hiſtorica, et optarunt ſane multi bibliothecam Germaniae hiſtoricam, quam illi opponeremus. Ex ſuperiori ſeculo vnum MICH. HERZIVM nominare poſſumus, qui adeo vaſtum laborem ſuſceperit. Edidit ille: Bibliotheca Germanica ſiue notitia ſcriptorum rerum germanicarum; cuius plenioris edendae ſpem fecit in ſcripto cui titulum fecit: Sciagraphia Germaniaeglorioſae ſeu bibliothecae Germanicae. Noſtro aeuo Dn. IO. HENR. HEV-

HEVBELIVS eam parauerat et ſyngrapham cum bibliopola Fritſchio iam fecerat, ſed omne conſilium in ſpongiam abiit. Poſtea Dn. IO. IAC. MOSERVS eam promiſit eiusque multas partes dedit. Quo ipſo Vir Illuſtris oſtendit, promiſſionem ſuam non eſſe vanam, ſeque prae multis aliis negotio huic aptum eſſe. Diligentiſſimo huic viro notitias Sueuicorum, Auguſtanorum, Conſtantienſium, Baindtenſium, Würtembergenſium, Zellenſium, Treuirenſium et Aquisgranenſium ſcriptorum debemus. Enim vero vnius hominis vires ſuperat bibliotheca totius Germaniae hiſtorica. Nobis igitur felicibus eſſe contingit, quod hac hominum aetate bibliothecae ſingularum prouinciarum et vrbium hiſtoricae prodierint.

## §. 4.

*Auſtriacorum* ſcriptorum notitia peti poteſt ex ANT. STEYRERI praefatione commentariis ipſius pro hiſtoria Alberti II. Ducis Auſtriae praemiſſa. Lipſ. 1725. F. *Salisburgenſis* archiepiſcopatus ſcriptores nominauit Dn. IO. IAC. SCHMAVSIVS im Staat des Erzbisthums Salzburg. Halle 1712. 8. *Sueuicos* ſcriptores recenſuit Dn. IO. IAC. MOSERVS in praefatione qua ornauit Martin Cruſens Schwäbiſche Chronik. Fft. 1733. F. *Auguſtani* epiſcopatus ſcriptores enarrauit IDEM im Staatsrechte des Hochſtifts Augſpurg. Leipz. 1740. F. De *Conſtantienſis* epiſcopatus ſcriptoribus expoſuit IDEM im Staatsrechte des Hochſtifts Coſtnitz. Leipz. 1740. F. *Baindtenſis* abbatiae ſcriptores annotauit IDEM im Staatsrechte der Abtey Baindt. Leipz. 1740. F. *Würtembergicos* ſcriptores memoriae prodidit IDEM in miſcellaneorum iuridicohiſtori-

corum parte prima. Ffti. 1729. 8. *Auguſtanae* ciuitatis ſcriptores conſignauit PAVL. VON STETTEN in praefatione quam praemiſit Geſchichte der Stadt Augſpurg. Augſp. 1743. 4. *Zellenſis* ad Hammerſpach vrbis ſcriptores exhibuit Dn. MOSERVS im Staatsrechte der Stadt Zell am Hammerſpach. Leipz. 1740. 8. *Haſſiacos* ſcriptores litteris mandauit Dn. HENR. CHN. SENCKENBERG in praefationibus ad ſelectorum iuris et hiſtoriarum Tomum tertium et quintum. *Moenofrancofurtenſes* ſcriptores memoriae tradidit IDEM in praefatione ad citatae collectionis Tomum primum. Ffti. 1734. 8. *Palatinos* ſcriptores litteris conſignauit Dn. GE. CHN. IOHANNIS in praefatione ad Danielis Parei hiſtoriam Palatinam. Ffti. 1717. 4. *Moguntini* archiepiſcopatus ſcriptores collegit IDEM in praefatione ad ſcriptorum Moguntinenſium volumen primum. Ffti 1722. F. *Treuirenſis* archiepiſcopatus ſcriptores excitauit Dn. MOSERVS im Staatsrechte des Erzſtifts Trier. Leipz. 1740. 8. *Friſiae orientalis* ſcriptores conquiſiuit IO. FRID. BERTRAM in parergis Oſtfriſicis. Brem. 1735. 8. De *Weſtphaliae* ſcriptoribus promeriti ſunt IO. DIET. VON STEINEN in der Nachricht von den Weſtphäliſchen Geſchichtſchreibern. Dortm. 1741. 8. et Dn. IO. CPH. KOECHERVS in bibliothecae hiſtoricae Weſtphalicae ſpecimine primo. Osnabr. 1742. 4. De *Osnabrugenſibus* ſcriptoribus egit IO. ANT. STRVBBERG im Entwurf einer Osnabrückiſchen Hiſtorie. Jen. 1720. 8. *Schauenburgicos* ſcriptores congeſſit Dn. EBERH. DAV. HAVBERVS in primitiarum Schauenburgicarum faſciculo primo. Guelph. 1728. 8. *Aquisgranenſes* ſcriptores memorauit ſaepius laudatus Dn. MOSERVS im Staatsrechte der Reichs-

ſtadt

ſtadt Aachen. Leipz. 1740. F. *Saxoniae ſuperioris* ſcriptores congregarunt GE. CPH. KREYSIGIVS in der hiſtoriſchen Bibliothek von Oberſachſen. Dresd. 1732. 8. et Dn. BVRCH. GOTTH. STRVVIVS in Bibliotheca Saxonica. Ien. 1736. 8. *Schwarzburgicos* ſcriptores indicauit Dn. LEBR. WILH. HENR. HEYDENREICH in praefatione der Hiſtorie des Hauſes Schwarzburg. Erf. 1743. 4. *Brandenburgicos* ſcriptores ſubiecit GE. GOTTFR. KVSTERVS operum Nicolai Leutingeri Tomo ſecundo; Ffti. 1729. 4. EIVSD. bibliotheca hiſtorica Brandenburgica prodiit. Wratisl. 1743. 8. De *Pomeranis* ſcriptoribus ſententiam dixit CHN. SCHOETTGENIVS im alten und neuen Pommerlande. Starg. 1721. 8.

## §. 5.

*Saxoniae inferioris* ſcriptores diiudicauit HENR. MEIBOMIVS in introductione ad Saxoniae inferioris hiſtoriam. Helmſt. 1687. 4. *Holſatos* ſcriptores coegit IO. MOLLERVS in iſagoge ad hiſtoriam cherſoneſi cimbricae. Hamb. 1691. 8. *Ditmarſos* ſcriptores retulit Dn. IO. ALB. FABRICIVS in praefatione qua decorauit Anton Viethens Geſchichte des Landes Ditmarſchen. Hamb. 1733. 4. *Mecklenburgicos* ſcriptores adduxit Dn. IO. ERH. KAPPIVS in praefatione ad Matthiae Behrii res Mecklenburgicas. Lipſ. 1741. F. Pleniſſimam illius Ducatus bibliothecam hiſtoricam a Dn. de Weſtphalen exſpectamus, quam Vir Perilluſtris praefationi ad ſcriptorum Mecklenburgicorum Tomum primum deſtinauerat, cuiusque conſpectus in Niederſächſiſchen Zeitungen 1729. p. 715. legitur; aliam

Dau. Richterus promiſit eiusque conſpectum et ſpecimen in programmate quodam dedit. *Brunſuicolüneburgenſes* ſcriptores citarunt DAN. EBERH. BARING in notitia ſcriptorum rerum Brunſuicenſium ac Lüneburgenſium. Hanov. 1729. 8. et IO. FRID. PFEFFINGERVS in praefatione praemiſſa Tomo primo der Braunſchweiglüneburgiſchen Hiſtorie. Hamb. 1731. 8. Plenioris horum Ducatuum bibliothecae hiſtoricae conſpectum dedit laudatus nuperrime defunctus Baringius in der Beſchreibung der Saale im Amte Lauenſtein des Braunſchweiglüneburgiſchen Fürſtenthums Calenberg; ſimilem quoque dabit Dn. Ant. Vlr. Erath in promiſſa hiſtoria Brunſuicolüneburgenſi; alius cuiusdam 1741 iam impreſſae mentionem faciunt Göttingiſche Zeitungen von gelehrten Sachen 1743. p. 598. *Hildeshemenſes* ſcriptores enumerauit IOACH. BARW. LAVENSTEIN in Parte duodecima der Hildesheimiſchen Kirchen- und Reformationshiſtorie. Hildesh. 1734. 8. *Magdeburgenſium* ſcriptorum meminit SAM. WALTHERVS in Parte ſecunda der Magdeburgiſchen Merkwürdigkeiten. Magdeb. 1730. 4. *Lubecenſium* ſcriptorum rationem habuit Dn. IO. HENR. VON SEELEN in epiſtola ſub finem Partis quartae Athenarum Lubecenſium, Lub. 1722. 8. ad ductum Dn. Iacobi von Mellen in praefatione ad res Lubecenſes. *Hamburgenſes* denique ſcriptores ipſe attigi in Topographia et bibliotheca hiſtorica Hamburgenſi. Hamb. 1739. 8.

§. 6.

## §. 6.

Veniam dabunt eruditi lectores, ſi vnam forſan alteramue bibliothecam hiſtoricam omiſerim. Plurimas tamen me nominaſſe, ſufficiat. In hac ſubſidiorum abundantia eo facilius bibliotheca Germaniae hiſtorica eſſet concinnanda. Multo minus negotii eſſet, ſi plurium Germaniae prouinciarum et imperii circulorum bibliothecae hiſtoricae prodirent. Statui igitur apud animum, ad exemplum Kreyſigii et Struuii, qui bibliothecas Saxoniae ſuperioris hiſtoricas conſcripſerunt, bibliothecam Saxoniae inferioris hiſtoricam elaborandi. Singulares hiſtoriae ciuilis, eccleſiaſticae, litterariae, et naturalis ſectiones non conſtituam, ſed ſcriptores cuiusuis regionis vel vrbis in periodos ſcriptorum ciuilium, eccleſiaſticorum et litterariorum diſpeſcam, quibus naturales ſubiiciam. De totius operis et cuiusuis articuli oeconomia eruditorum opinionem vt reſciſcam, iſtius hunc conſpectum cum illis communicare et ſcriptores Lubecenſes ſpeciminis cauſſa adiicere volui.

*Prolegomena.*

Scriptores de Saxonia inferiore generales.

*Pars I. de Ducatu Bremenſi.*

C. 1. Scriptores de Ducatu Bremenſi.
C. 2. Scriptores vrbium Ducatus Bremenſis ordine alphabetico.

*Pars II. de Ducatu Holſatiae.*

C. 1. Scriptores de Holſatia propria.
C. 2. Scriptores de Ditmarſia.
C. 3. Scriptores de Stormaria.
C. 4. Scriptores de Wagria.
C. 5. Scriptores de Ducatu Ploenenſi.
C. 6. Scriptores de Epiſcopatu Lubecenſi.
C. 7. Scriptores vrbium Ducatus Holſatici ordine alphabetico.

*Pars III. de Ducatu Mecklenburgico.*

C. 1. Scriptores de Ducatu Mecklenburgico.
C. 2. Scriptores vrbium Ducatus Mecklenburgici ordine alphabetico.

*Pars IV. de Ducatu Lauenburgico.*

C. 1. Scriptores de Ducatu Lauenburgico.
C. 2. Scriptores vrbium Ducatus Lauenburgici ordine alphabetico.

*Pars V. de Ducatu Brunſuicolüneburgenſi.*

C. 1. Scriptores de Ducatu Brunſuicolüneburgenſi generales.
C. 2. Scriptores Ducum Brunſuicolüneburgenſium generales.
C. 3. Scriptores Ducum Brunſuicolüneburgenſium ſpeciales.
C. 4. Scriptores vrbium Ducatus Brunſuicolüneburgenſis ordine alphabetico.

*Pars VI. de Epiſcopatu Hildeſienſi.*

C. 1. Scriptores de Epiſcopatu Hildeſienſi.
C. 2. Scriptores vrbium Epiſcopatus Hildeſienſis ordine alphabetico.

*Pars VII. de Ducatu Magdeburgico.*

C. 1. Scriptores de Ducatu Magdeburgico.
C. 2. Scriptores vrbium Ducatus Magdeburgici ordine alphabetico.

*Pars VIII. de Principatu Halberſtadienſi.*

C. 1. Scriptores de Principatu Halberſtadienſi.
C. 2. Scriptores vrbium Principatus Halberſtadienſis ordine alphabetico.

*Pars IX. de ciuitatibus imperialibus.*

C. 1. Scriptores de Lubeca.
C. 2. Scriptores de Hamburgo.
C. 3. Scriptores de Brema.
C. 4. Scriptores de Goslaria.

§. 7.

## §. 7.

Bibliothecam hiſtoricam Hamburgenſem, vt ſuperius memoraui, ipſe aliquando edidi. Conditurus iam totius Saxoniae inferioris bibliothecam hiſtoricam, non immerito duxi, vt eius ſpecimen ſcriptores ciuitatis Lubecae, quae alter Saxoniae inferioris oculus audit, lectori ſiſterem.

# *LVBECA.*

## *I. Hiſtoria ciuilis.*

### a. *Panegyrici.*

Henrici *Aquilonipolenſis* Pöema de primordiis vrbis Lubecanae in Meibomii S. R. G. T. I. *Sarcerii* Eraſm. Oratio de Lubeca Marp. 1537. et Ffti. 1551. *Buſmanni* Io. Carmen elegïacum de laudibus ciuitatis Lubecae. Hanou. 1547. 4. *Vincentii* Pet. Elegia de origine, incrementis, et laudibus Lubecae. *Henckelmanni* Mich. Oratio de Lubeca. Roſt. 1602. 4. *Macropii* Steph. Panegyricus fata Lubecae et praecipua ipſius facta breuiter recenſens. Lub. 1603. 4. *Sandmanni* Henr. Declamatio de fundatione et incrementis Lubecae. Ffti. 1609. *Deſiderii Regii* apex Lubecenſis. 1649. 8. *v. Hoeueln* Goth. Oratio in laudem Lubecae. Witteb. 1697. F. *v. Seelen* Io. Henr. Oratio de praecipuis beneficiis quibus Lubeca per ſexcentos annos fruita eſt; inſerta eius iubilaeo Lubecenſi. Lub. 1741. 4.

### b. *Hiſtorici.*

*Bonni* Herm. Chronicon Lubecenſe. Baſ. 1543. 8. Regkmanns Joh. Lübeckiſche Chronick. Speyer 1619. F. *Bangerti* Henr. Origines Lubecenſes in Dn. de Weſtphalen S. R. G. T. I. v. Höveln Conr. der Stadt Lübeck Herrlichkeit und Alterthum. Lub. 1666. 8. *v. Mellen* Iac. Hiſtoria Lubecenſis antiqua, media, recentior in 4 Diſpp. ſub praeſ.

Caſp. Sagittarii. Ien. 1677. 78. 79. 4.[1] Kerckrings Gottſch. und Müllers Gottſch. Auszug Lübeckiſcher Chroniken. 1678. 8. Die beglückte und geſchmückte Stadt Lübeck. 1697. 8. Gründliche Nachricht von der Stadt Lübeck. Ratzeb. 1713. Lüb. 1742. 8. *v. Seelen* Io. Henr. de vero anno initiali hodiernae Lubecae. Lub. 1740. 4.[2] *Idem* de paradoxo Eccardino circa antiquitatem Lubecae; in variarum obſeruationum delectu ſecundo. ib. 1744. 4. *Eiusd.* manipulus ſecundus annotationum de curiis veteris aeque ac recentioris aeui, qui agit de curia Lubecenſi. ib. eod. F.

## c. *Gentilitia.*

*v. Mellen* Iac. Notitia maiorum. Lipſ. 1707. 4. Middendorp Bernh. Rathslinie. 1669. Kerckrings Henr. Verzeichniß von den adelichen Familien der Zirkelgeſellſchaft in Lübeck.

## d. *Ius Statutarium.*

Lubecenſis iuſtitia ab Henrico Leone ciuitati Lubecenſi data in Dn. de Weſtphalen S. R. G. T. 3. *Weſtphalen* Ern. Ioach. de origine et fontibus iuris Lubecenſis. Roſt. 1727. 4. *Nettelblatt* Chn. noua de fontibus iuris Lubecenſis coniectura. Gryphisu. 1728. 4.

## e. *Deductiones.*

Kurzer unvorgreiflicher Bericht und Anzeige des Kloſters zu St. Johannis Zuſtand und der Stadt Lübeck daran zuſtehendes Recht und Gerechtſame betreffend. Lüb. 1666. 4. Catalogus argumentorum, warum die Dörfer Stockelsdorf, Steinrode, Meusling und Morie zu der Lübeckiſchen Hoch- und Oberbohtmäßigkeit gehören. Lüb. 1668. F. Deductio iuris, daß Sachſenlauenburg die Reſtitution des Städtleins Möllen zu ſuchen gar nicht befugt

[1] Dignae omnino eſſent hae Diſſertationes, quae recuderentur et quibus eiusdem auctoris notitia ſcriptorum Lubecenſium ex eius praefatione ad res Lubecenſes adderetur.

[2] Monuit nonnulla Perilluſtris DE FRICCIVS ſymboli ſui In Recto Decus litteris initialibus vſus, in Hamburgiſchen Berichten 1741. p. 307.

befugt ſey. Lüb. 1670. 4. Remonſtration, daß die Stadt Lübeck nicht nur das Städtlein, ſondern auch die Vogtey und ganze Herrſchaft Möllen zu reſtituiren ſchuldig ſey. Ratzeb. 1670. 4. Liquidatio des auf dem Städtlein Möllen haftenden Kauf- und Pfandſchillings. Lüb. 1670. 4. Liquidatio illiquidiſſima, das iſt, wohlbegründete Antwort auf die ſogenannte Liquidation. Ratzeburg 1670. 4. Defenſio praeliminaris liquidationis, das iſt, die vorlaufende verthädigte Liquidation. Lüb. 1670. 4. Defenſio liquidationis des auf dem Städtlein Möllen haftenden Kauf- und Pfandſchillings. Lüb. 1670. 4. Abdruck eines Schreibens amici ad amicum, die Stadt Möllen betreffend. 1670. 4. Antwort darauf. 1670. 4. Kurze Auflöſung gewiſſer Sächſiſcher, einem amico gemachter dubiorum, Möllen betreffend. 1670. 4. Uebel angefochtene, aber wohl defendirte Auflöſung Sächſiſcher dubiorum, Möllen betreffend. 1670. 4. Unaufgelöſte dubia, die Stadt, Vogtey und Herrſchaft Möllen betreffend. Ratzeb. 1670. 4. Abdruck der Urtheile und Urkunden, die Ablöſung und Einräumung Möllen betreffend. Ratzeb. 1670. 4. Vorſtellung der ungegründeten Einwürfe, wodurch Lauenburg die Liquidität des auf Möllen verlegten Pfandſchillings umzuſtoſſen ſich bemühet. Lüb. 1682. 4. Abdruck einiger Urkunden, warum die Stadt Lübeck das Städtlein Möllen abzutreten in Rechten ſich nicht gehalten erachte. Lüb. 1683. 4. Abdruck ſieben reſponſorum iuris, die Abtretung Möllen betreffend. Fft. 1683. 4. Samuelis Stryckii reſponſum iuris, die Abtretung Möllen betreffend. Lüb. 1685. 4. Notitia actorum, die editionem documentorum iuratam betreffend, welche zur Erläuterung des Vogteyamts Möllen gehören. 1738. F. Abdruck der von Seiten der Stadt Lübeck, unter dem Titel: Species Facti, ohnlängſt im Druck bekannt gemachten Schrift, die in der Möllenſchen Reluitionsſache auferlegte editionem documentorum iuratam betreffend; nebſt beygefügten lauenburgiſchen Anmerkungen. 1738. F. Abdruck zweyer von Seiten der Stadt Lübeck übergebener Receſſuum, den auf Möllen verlegten Pfandſchilling betreffend. 1739. F. Apologia Lubecenſium, beſtehend in gründlicher Widerlegung der ſo rubricirten notitia actorum und Anmerkungen über die lübeckiſche ſpeciem facti, die Wiederlöſe des Städtleins Möllen betreffend. Lüb. 1740. F. Gründliche Nachricht von dem an die Stadt Lübeck verpfändeten dominio et aduocatia, oder Herrſchaft und Vogtey Möllen. 1740. F. Gründliche Deduction, daß die Terra Mölne, oder die Herrſchaft und Landvogtey des Landes Möllen an die Stadt Lübeck nicht gekommen, noch transportirt geweſen. Lüb. 1741. F. Beleuchtung der Stadt

Lübeckiſchen Deduction, die Terram Mölne, oder die Herrſchaft und Landvogtey des Landes Möllen betreffend. 1742. F. [3]

## II. *Hiſtoria eccleſiaſtica.*

*v. Mellen* Iac. de balneis animarum Lubecenſibus. Lub. 1710. 4. *v. Mellen* Iac. de itineribus Lubecenſium ſacris. Lub. 1711. 4. **Hilmers** Joh. die von Gott gewürdigte Lobeck. Lüb. 1716. 8. **Starckens** Caſp. Henr. Lübeckiſche Kirchenhiſtorie. Hamb. 1724. 4. [4] Acta Lubecenſia ſiue actio miniſterii Lubecenſis cum Lamberto Friedland, Med. Lic. et Pract. Lubec. nec non ciuibus quibusdam Lubecenſibus de coena domini eiusque expenſione, quam recte Lubecae fieri negabant; in Dn. Moſeri miſcellaneorum iuridicohiſtoricorum Parte ſecunda. Ffti. 1730. 8. *Steinii* Diſſ. de ritu veteri formulae applicatiuae indiuidualis in ſacra coena. Lub. 1741. 4. [5]

## III. *Hiſtoria litteraria.*

Lubeca litterata. 1698. 1699. 1700. 8. *Neumann* Ge. Frid. de fauore Lubecenſium in exteros. Lipſ. 1709. 4. *v. Seelen* Io. Henr. Athenae Lubecenſes. Lub. 1719-22. 8. *v. Seelen* Io. Henr. de academia Roſtochienſi apud Lubecenſes commorata; in eius miſcellaneorum Parte prima. Lub. 1734. 8. **von Seelen** Joh. Henr. Nachricht von dem Urſprung und Fortgang der Buchdruckerey in Lübeck. Lüb. 1740. 8. *v. Seelen* Io. Henr. de fauore Lubecenſium erga Bremenſes. Lub. 1743. 4.

* * *

*v. Mellen* Iac. de lapidibus figuratis agri littoriſque Lubecenſis. Lub. 1720. 4.

§. 8.

[3] Hac occaſione etiam prodierunt: Entwurf einer gründlichen Nachricht von den ehemahligen Landesherrlichen Vogteyen und Landgerichten in Deutſchland. Lüb. 1741. F. Beſtärkung des Entwurfs einer gründlichen Nachricht von den ehemahligen Landesherrlichen Vogteyen und Landgerichten in Deutſchland. Lüb. 1742. F. Confer David Georg Strubens Nebenſtunden. Erſter Theil. Hildesh. 1742. 8.

[4] Amica controuerſia de anno quo Val. Curtius, poſtea ſecundus Superintendens, Lubecam venerit, orta eſt inter Dn. Starckium et Dn. Schroederum, de qua vide Hamburgiſche Berichte 1741. p. 731. Inuitus illam acerbiorem de anno Caſp. Holſtenii emortuali memoro, quae illi interceſſit cum Dn. Hilmero. Confer Niederſächſ. Nachr. 1731. p. 31 et 41.

[5] De quaeſtione: an Hunnii tempore in ſacris Lubecenſibus lingua Saxoniae inferioris abrogata, et illa Saxoniae ſuperioris recepta ſit; vide quae Dn. Scharbau et Dn. Starkius inuerſis nominum litteris initialibus diſputarunt in Hamb. Berichten, 1741. p. 389 et 582.

## §. 8.

Indicaui ſupra, quod Kreyſigius et Struuius bibliothecas Saxoniae ſuperioris hiſtoricas dederint. Indignatus eſt Struuio Kreyſigius eumque in plagula quadam cui titulus: Vorſchlag zu einer kleinen Sammlung von ſcriptoribus numorum bracteatorum mit Beybringung aller davon handelnden Scribenten. Dresd. 1736. 4. plagii accuſauit. Quo iure, equidem non video. Multo ante ſuſcepit laborem hunc Struuius, longe alium ordinem ſeruauit, et argumenta memorauit, cum Kreyſigius diaria eruditorum addat. Operae itaque pretium duxi, vtriusque conſpectum primo et deinde ſingulis Kreyſigii capitibus apponere, vbi Struuius ea argumenta excuſſerit.

## *Kreyſigii Conſpectus.*

Prolegomena. Capp. 10.
Sect. 1. Scriptores hiſtoriae naturalis. Capp. 14.
Sect. 2. Scriptores hiſtoriae ciuilis.
Pars 1. hiſtoria et iura imperantium. Capp. 80.
Pars 2. ſcriptores hiſtoriae ſubditorum. Capp. 50.
Sect. 3. Scriptores vicinarum aliquot regionum. Capp. 15.
Sect. 4. Scriptores hiſtoriae eccleſiaſticae. Capp. 22.
Sect. 5. Scriptores Saxoniae litteratae. Capp. 14.

## *Struuii Conſpectus.*

### *Pars I. Geographica.*

Sect. 1. de Scriptoribus Saxoniae geographicis. §phis 21.
Sect. 2. de Scriptoribus terrae Miſnenſis geographicis. §phis 16.

Sect. 3. de Scriptoribus circuli Lipſienſis geographicis. §phis 15.
Sect. 4. de Scriptoribus circuli metalliferi geographicis. §phis 11.
Sect. 5. de Scriptoribus Ducatus Weiſſenfelſenſis, Merſeburgenſis et Numb. geographicis. §phis 8.
Sect. 6. de Scriptoribus monaſteriorum et coemiteriorum Misniae. §phis 6.

## *Pars II. Hiſtorica.*

Sect. 1. de Scriptoribus hiſtoriae Saxonicae et Misnenſis vniuerſalibus. §phis 78.
Sect. 2. de Scriptoribus hiſtoriae Saxoniae Ducum ex ſtirpe Wittik. Billing. et Aſcania. §phis 14.
Sect. 3. de Scriptoribus hiſtoriae Saxoniae Ducum et Electorum ex ſtirpe Misnenſi. §phis 104.
Sect. 4. de Scriptoribus hiſtoriae epiſcopatuum Misnenſis, Merſeburgenſis et Numburgenſis. §phis 13.
Sect. 5. de Scriptoribus hiſtoriae comitum et nobilium Saxonicorum et Misnenſium. §phis 18.

## *Pars III. Thuringica.*

Sect. 1. de Scriptoribus Thuringiae geographicis. §phis 58.
Sect. 2. de Scriptoribus Thuringiae hiſtoricis. §phis 47.

## *Pars IV. Hennebergica et Luſatica.*

Sect. 1. de Scriptoribus Hennebergicis. §phis 19.
Sect. 2. de Scriptoribus Luſaticis. §phis 31.

## *Pars V.*

De Scriptoribus de ſtatu eccleſiaſtico prouinciarum Saxonicarum. §phis 38.

## *Pars VI.*

De ſcriptoribus ſtatus iuris publici et politici Saxonici. §phis 71.

*Krey-*

## *Kreyſigii Prolegomena.*

Cap. 1. Fontes hiſtoriae Saxonicae. Struuius P. 2. S. 1. § 13 - 29. de quibusdam.
Cap. 2. Scriptores pagos antiquos illuſtrantes. Struuius P. 1. S. 1. § 2.
Cap. 3. Scriptores geographiae et topographiae. Struuius P. 1. S. 1. § 3.

| | |
|---|---|
| Cap. 4. Mappae geographicae generales.<br>Cap. 5. Mappae geographicae Misniam exhibentes.<br>Cap. 6. Mappae geographicae Luſatiam exhibentes.<br>Cap. 7. Mappae Hennebergicae.<br>Cap. 8. Mappae Thuringicae generales.<br>Cap. 9. Mappae Thuringicae ſpeciales.<br>Cap. 10. Mappae Principatus Anhaltini. | De his nihil Struuius. |

## *Sectio I. Scriptorum hiſtoriae naturalis.*

Cap. 1. Scriptores fluuiorum. Struuius P. 1. S. 1. § 6 - 7.
Cap. 2. Scriptores montis piniferi.
Cap. 3. Scriptores rei metallicae generales. Struuius P. 1. S. 1. § 8.
Cap. 4. Scriptores eiusdem ſpeciales.
Cap. 5. Scriptores fontium medicatorum.
Cap. 6. Scriptores acidularum in ſpecie.
Cap. 7. Scriptores ſalinarum generales.
Cap. 8. Scriptores ſalinarum ſpeciales.
Cap. 9. Scriptores plantarum.
Cap. 10. Scriptores rei oeconomicae generales. Struuius P. 1. S. 1. § 9.
Cap. 11. Scriptores uiniculturae. Struuius P. 1. S. 1 § 9. in fine.
Cap. 12. Scriptores cereuiſiarum.
Cap. 13. Scriptores rerum naturalium miſcellanei. Struuins P. 1. S. 1. § 10.
Cap. 14. Muſea curioſa partim diſtracta.

## *Sectionis II. Pars 1. Hiſtoria et iura imperantium.*

| | |
|---|---|
| Cap. 1. Scriptores Saxoniae generales.<br>Cap. 2. Scriptores vitarum generales.<br>Cap. 3. Scriptores geneal. Saxonicae. | Longe fuſius haec tria capita per totam Partis ſecundae Sectionem primam vna et altera excepta paragrapho Struuius perſequitur. |

Cap. 4.

Cap. 4. Scriptores Impp. ſamiliae Saxonicae. Struuius P. 2 S. 2. § 1 - 5.
Cap. 5. Scriptores Imp. Henrici Ancupis. Struuius P. 2. S. 2. § 6.
Cap. 6. Scriptores Impp. Ottonum. Struuius P. 2. S. 2. § 7.
Cap. 7. Scriptores antiquiorum Misniae marchionum. Struuius P. 2. S. 3. § 7 - 8.
Cap. 8. Scriptores Friderici Admorſi et fratris Dieterici. Struuius P. 2. S. 3. § 9 - 13.
Cap. 9. Scriptores Friderici I. Bellicoſi. Struuius P. 2. S. 3. § 14 - 15.
Cap. 10. Scriptores belli Huſſitici.
Cap. 11. Scriptores Friderici II. Placidi. Struuius P. 2. S. 3. § 16.
Cap. 12. Scriptores Sigismundi et Wilhelmi, fratrum Friderici II. Struuius P. 2. S. 3. § 17.
Cap. 13. Scriptores Erneſti. Struuius P. 2. S. 3. § 19.
Cap. 14. Scriptores plagii Kaufungenſis. Struuius P. 2. S. 3. § 18.
Cap. 15. Scriptores Friderici III. Sapientis. Struuius P. 2. S. 3. § 20 - 21.
Cap. 16. Scriptores Ioannis Conſtantis. Struuius P. 2. S. 3. § 22.
Cap. 17. Scriptores Ioannis Friderici I. Struuius P. 2. S. 3. § 23 - 26 et 28 - 30.
Cap. 18. Scriptores belli ab eo et Landgrauio Haſſiae geſti.
Cap. 19. Scriptores belli Smalcaldici. Struuius P. 2. S. 3. § 27.
Cap. 20. Scriptores de Ioanne Friderico II. Struuius P. 2. S. 3. § 31.
Cap. 21. Scriptores in cauſſa Grumbachiana. Struuius P. 2. S. 3. § 32 - 35.
Cap. 22. Scriptores Ioannis Wilhelmi, Ioannis Friderici III, et Ioannis Caſimiri. Struuius P. 2. S. 3. § 36 - 40.
Cap. 23. Scriptores Ducum Saxo - Altenburgicorum. Struuius P. 2. S. 3. § 41 - 45.
Cap. 24. Scriptores Ducum Saxo-Vinarienſium. Struuius P. 2. S. 3. § 46 - 48 et 51 - 54.
Cap. 25. Scriptores Bernhardi Ducis Saxouinarienſis. Struuius P. 2. S. 3. § 49 - 50.
Hinc Struuius § 55 - 57. de ſcriptoribus Ducum Iſenacenſium et Ienenſium agit.
Cap. 26. Scriptores Ducum Saxogothenſium. Struuius P. 2. S. 3. § 58 - 63. Inde apud Struuium § 64 - 67. Scriptores Ducum Mein. Roemh. et Eiſenb. occurrunt.

Cap. 27.

Cap.27. Scriptores Alberti Animoſi. Struuius P. 2. S. 3. § 68. 69.
Cap.28. Scriptores Georgii Barbati. Struuius P. 2. S. 3. § 70.
Cap.29. Scriptores tumultus Packiani.
Cap.30. Scriptores Henrici Pii. Struuius P. 2. S. 3. § 71.
Cap.31. Scriptores Mauritii generales. Struuius P. 2. S. 3. § 72-76.
Cap.32. Scriptores Mauritii ſpeciales. Struuius P. 2. S. 3. § 77. 78.
Cap.33. Scriptores Auguſti. Struuius P. 2. S. 3. § 79. 80.
Cap.34. Scriptores Chriſtiani I. Struuius P. 2. S. 3. § 81.
Cap.35. Scriptores Chriſtiani II. Struuius P. 2. S. 3. § 82. 83.
Cap.36. Scriptores Ioannis Georgii I. Struuius P. 2. S. 3. § 84. 85.
Cap.37. Scriptores belli tricennalis. Struuius P. 2. S. 3. § 86.
Cap.38. Scriptores Ioannis Georgii II. Struuius P. 2. S. 3. § 87.
Cap.39. Scriptores Ioannis Georgii III. Struuius. P. 2. S. 3. § 88-90.
Cap.40. Scriptores Ioannis Georgii IV. Struuius P. 2. S. 3. § 91.
Cap.41. Scriptores Friderici Auguſti. Struuius P. 2. S. 3. § 92-95.
Cap.42. Scriptores inuaſionis Suecicae in Saxoniam. Struuius P. 2. S. 3. § 96.
Cap.43. Scriptores Friderici Auguſti. Struuius P. 2. S. 3. § 97. 98.
Cap.44. Scriptores Ducum Saxo-Weiſſenfelſenſium. Struuius P. 2. S. 3. § 99. 100.
Cap.45. Scriptores Ducum Saxo-Merſeburgenſium. Struuius P. 2. S. 3. § 101.
Cap.46. Scriptores Ducum Saxo-Cizenſium. Struuius P. 2. S. 3. § 102-104.
Cap.47. Scriptores conditoriorum generales. Struuius P. 2. S. 1. § 65. 66.
Cap.48. Scriptores conditoriorum ſpeciales.
Cap.49. Effigies imperantium deſcriptae. Struuius P. 2. S. 1. § 46. 47.
Cap.50. Scripta de nexu domus Auſtriacae et Saxonicae. } Struuius P. 2. S. 1.
Cap.51. Scripta de nexu domus Saxonicae et Brandenb. } § 74.
Cap.52. Scripta iuris publici Saxonici generales. Struuius P. 6. § 1-4.
Cap.53. Scriptores titulorum Saxonicorum.
Cap.54. Scriptores inſignium Saxonicorum. Struuius P. 2. S. 1. § 71.
Cap.55. Scriptores ſigilli maieſtatis Saxonici. Struuius P. 6. § 1. in fine.

Cap.56. Scriptores vicariatus generales.
Cap.57. Scriptores vicariatus Saxonici ſpeciales. Struuius P. 6. § 7.
Cap.58. Scripta de directorio Saxonico inter euangelicos. Struuius P. 6. § 13.
Cap.59. Scriptores Palatinatus Saxoniae. Struuius P. 6. § 8-9.
Cap.60. Scripta de Burggrauiatu Magdeburgico. Struuius P. 6. § 10-11.
Cap.61. Scripta de iure non prouocandi Saxonico. Struuius P. 6. § 6.
Cap.62. Scriptores comitiorum prouincialium. Struuius P. 6. § 64.
Cap.63. Scripta de 4 votis nouis in comitiis. Struuius P. 6. § 15.
Cap.64. Scripta de iure protectionis in ciuitate Erſurtenſi. Struuius P. 6. § 26-27.
Cap.65. Scripta de ſucceſſione Iuliacenſi. Struuius P. 6. § 19.
Cap.66. Scripta praetenſionum in Blanckenhayn. Struuius P. 6. § 49.
Cap.67. Scripta praetenſionum in Siciliam. Struuius P. 6. § 34.
Cap.68. Scripta de pacto confraternitatis. Struuius P. 6. § 5.
Cap.69. Scripta de potentatu epiſcopatuum. Struuius P. 6 § 36-40.
Cap.70. Scripta de iure territoriali inter Electorem et Ducem Cizenſem. Struuius P. 6. § 35.
Cap.71. Scripta inter domum elect. et Schwarzb. Struuius P. 6. § 30.
Cap.72. Scripta inter domum Vinar. et Arnſt. Struuius P. 6. § 28-29 et 31.
Cap.73. Scripta de tutela Mannsfeldica. Struuius P. 6. § 51.
Cap.74. Scripta de territorio comitum de Schoenburg. } Struuius P. 6. § 47.
Cap.75. Scripta de ſubiectione comitum de Waldeck. }
Cap.76. Scripta de ſucceſſione Coburgenſi. Struuius P. 6. § 45.
Cap.77. Scripta de praecedentia inter Gotha, Weimar et Eiſenach. Struuius P. 6. § 55.
Cap.78. Scripta de praecedentia inter Weimar et Altenburg. Struuius P. 6. § 54 et 56.
Cap.79. Scriptores ordinum equeſtrium.
Cap.80. Deductiones miſcellaneae.

Quae in hoc caput Kreyſigius reiecit, multo ordinatius Struuius ſingularibus paragraphis tractauit. Agit Parte ſexta § 12. de directorio Saxonico in comitiis; § 14. de iure archimarſchallatus; § 16. de ter-

rarum

rarum Saxonicarum diuiſione; § 17. de inueſtitura Bohemica; § 18. de praetenſione in Ducatum Luxenburgenſem; § 32-33. de controuerſia cum epiſcopo Würzburgenſi; § 41. de ſimultanea inueſtiture in dynaſtiam Querfurtenſem; § 42. de adminiſtratione regiminis in ducatu Vinarienſi; § 43. de controuerſa tutela Principis Ienenſis; § 44. de cauſſa Saynenſi; § 46. de controuerſia inter Gotha et Saalfeld; § 48. de controuerſia Hildburghuſana; § 50. de reluitione praefecturae Fiſchberg; § 52. de controuerſia circa dynaſtiam Treffurtenſem; § 53. de matrimonio inaequali cuiusdam Saxoniae Ducis; § 57. de controuerſia ducis Vinarienſis cum Wizlebiis; § 58. de ſtapula Saxonica; § 59. de controuerſo iure detractus inter Noribergenſes et Coburgenſes; et § 60. de controuerſia inter cameram Gothanam et Iudaeum quendam.

## *Sectionis II. Pars 2. ſcriptores hiſtoriae ſubditorum.*

Cap. 1. Scriptores hiſtoriae Comitum, Baronum et Nobilium generales. Struuius P. 2. S. 5. § 1-5.

Cap. 2. Scriptores hiſtoriae Comitum, Baronum et Nobilium ſpeciales. Struuius P. 2. S. 5. § 6-18.

Cap. 3. Scriptores circuli elect. Sax. generales.

Cap. 4. Scriptores circuli elect. Sax. ſpeciales. Struuius P. 1. S. 1. § 11-21.

Cap. 5. Scriptores Misniae generales.

Cap. 6. Scriptores de origine Miſenorum.

Cap. 7. Scriptores vrbium Misniae ſpeciales. Struuius P. 1. S. 2. § 4-16. tota Sect. 3 et 4. atque Sect. 5. § 3-6.

Cap. 8. Scriptores Variſciae generales.

Cap. 9. Scriptores gentis Ruthenicae

Cap. 10. Scriptores vrbium Variſciae. Struuius P. 1. S. 5. § 7. 8.

Cap. 11. Scriptores comitatus princ. Henneb. generales. Struuius P. 4. S. 1. § 1-3.

Cap. 12. Scriptores comitum princ. Henneb. generales. Struuius P. 4. S. 1. § 18.

Cap. 13. Scriptores comitum princ. Henneb. ſpeciales. Struuius P. 4. S. 1. § 19.

Cap. 14. Scriptores hiſtoriae eccleſiaſticae Hennebergenſis. Struuius P. 4. S. 1. § 4. 5.

Cap. 15. Scriptores vrbium Hennebergenſium. Struuius P. 4. S. 1. § 6-9.

Cap. 16. Scriptores principatus et vrbis Coburgenſis. Struuius P. 4. S. 1. § 10-17.

Cap. 17. Scriptores Thuringiae generales. Struuius P. 3. S. 2. § 1 - 12. et 15-26.

Cap. 18. Scriptores de origine Thuringorum. Struuius P. 3. S. 2. § 13.

Cap. 19. Scriptores de eorum conuerſione.

Cap. 20. Scriptores Bonifacii Thuringorum apoſtoli. Struuius P. 5. § 3-5.

Cap. 21. Scriptores regni Thuringici.

Cap. 22. Scriptores ducatus, March. Com. et Landgr. Thuringiae.

Cap. 23. Scriptores vitarum Thuringiae Landgrauiorum. Struuius P. 3. S. 2. § 14 et 27. 28 et 34.

Cap. 24. Scriptores S. Eliſabethae, Ludouici VI coniugis. Struuius P. 3. S. 2. § 29-33.

Cap. 25. Scriptores belli ruſtici. Struuius P. 3. S. 2. § 36.

Cap. 26. Scriptores cataclysmi Thuringici. Struuius P. 3. S. 2. § 37.

Cap. 27. Scriptores geographiae Thuringicae. Struuius P. 3. S. 1. § 1.

Cap. 28. Scriptores vrbium Thuringiae. Struuius P. 3. S. 1. § 9-52. et S. 2. § 40-47.

Cap. 29. Scriptores comitum de Schwarzburg generales. Struuius P. 3. S. 2. § 38.

Cap. 30. Scriptores comitum de Schwarzburg ſpeciales. Struuius P. 3. S. 2. § 39.

Cap. 31. Scripta de ſeſſione et voto Schwarzburgico in comitiis.

Cap. 32. Scriptores vrbium Schwarzburgicarum. Struuius P. 3. S. 1. § 53. 54.

Cap. 33. Scriptores vrbium Mühlhauſen et Nordhauſen. Struuius P. 3. S. 1. § 58.

Cap. 34. Scriptores vrbis Erfurt ſpeciales. Struuius P. 3. S. 1. § 2-8. et P. 6. § 20-27.

Cap. 35. Scripta inter archiepiſcopum Moguntinum et Erfurtenſes.

Cap. 36.

Cap. 36. Scriptores miſcellanei ad hiſtoriam Thuringiae ſpectantes. Struuius P. 3. S. 2. § 35.
Cap. 37. Scriptores Principatus Querfurtenſis. Struuius P. 1. S. 5. § 1. 2.
Cap. 38. Scriptores Luſatiae vtriusque generales.
Cap. 39. Scriptores Luſatiae ſuperioris generales.
Cap. 40. Scriptores Luſatiae inferioris generales.
Cap. 41. Scriptores vrbium Luſatiae ſuperioris. Struuius P. 4. S. 2. § 4-15.
Cap. 42. Scriptores vrbium Luſatiae inferioris. Struuius P. 4. S. 2. § 16-18.
Cap. 43. Scriptores Soraborum et linguae Sorabicae.
Cap. 44. Scriptores comitatus Mansfeldenſis generales. Struuius P. 2. S. 1. § 44. ſolum Spangenbergium.
Cap. 45. Scriptores comitum Mansfeldenſium generales.
Cap. 46. Scripta inter comites Mansfeldenſes et archiepiſcopum Magdeburgenſem.
Cap. 47. Scriptores vrbium Mansfeldicarum.
Cap. 48. Scriptores hiſtoriae eccleſiaſticae comitatus Mansfeldenſis.
Cap. 49. Miſcellanea ad hiſtoriam Mansfeldenſem pertinentia.
Cap. 50. Scriptores de iuribus ſubditorum.

## *Sectio III. Scriptores vicinarum aliquot regionum.*

Cap. 1. Scriptores Principatus Anhaltini generales.
Cap. 2. Scriptores Principum Anhaltinorum generales. Struuius P. 2. S. 2. § 9-13. quosdam.
Cap. 3. Scriptores Principum Anhaltinorum ſpeciales.
Cap. 4. Scriptores vrbium Anhaltinarum.
Cap. 5. Scripta de iure Principum Anhaltinorum in comitatum Aſcaniae.
Cap. 6. Scripta de iure eorundem in principatum Lauenburgicum.
Cap. 7. Scriptores Ducum Lauenburgicorum et Ducatus Lauenburgici.
Cap. 8. Scripta de iure Principum Anhaltinorum in dynaſtiam Ieuern.
Cap. 9. Scripta miſcellanea ad hiſtoriam Anhaltinam ſpectantia.
Cap. 10. Scriptores abbatiae et vrbis Quedlinburgenſis.
Cap. 11. Scriptores de priuilegiis abbatiae Quedlinburgenſis.
Cap. 12. Scripta inter abbatiſſam et vrbem Quedlinburgenſem.

Cap. 13. Scripta inter abbatiſſam Quedlinb. et electorem Brandenb.
Cap. 14. Scripta de electione abbatiſſae Quedlinburgenſis.
Cap. 15. Scriptores agri Hallenſis et vrbis Halae.

## *Sectio IV. Scriptores hiſtoriae eccleſiaſticae.*

Cap. 1. Scriptores idololatriae in Saxonia ſuperiori. Struuius P. 5. § 1. 2.
Cap. 2. Scriptores urnarum.
Cap. 3. Scriptores Saxoniae chriſtianae ante reformationem. Struuius P. 5. § 31 - 34.
Cap. 4. Scriptores epiſcopatus Miſnenſis. Struuius P. 2. S. 4. § 1 - 3.
Cap. 5. Miſſalia et breuiaria eiusdem.
Cap. 6. Scriptores epiſcopatus Merſeburgenſis. Struuius P. 2. S. 4. § 4. 5.
Cap. 7. Miſſalia et breuiaria eiusdem.
Cap. 8. Scriptores epiſcopatus Numburgenſis. Struuius P. 2. S. 4. § 6 - 13.
Cap. 9. Miſſalia et breuiaria eiusdem.
Cap. 10. Scriptores monaſteriorum. Struuius P. 1. S. 6. § 1 - 6.
Cap. 11. Scriptores ſocietatum pontificiarum.
Cap. 12. Scriptores quaeſtorum indulgentiarum.
Cap. 13. Scriptores hiſtoriae reformationis. Struuius P. 5. § 12.
Cap. 14. Catalogus agendorum eccleſiaſticorum.
Cap. 15. Scriptores conuentuum et colloquiorum theologicorum. Struuius P. 5. § 16 - 22.
Cap. 16. Scriptores de meritis Ducum Saxoniae in eccleſias. Struuius P. 5. § 37.
Cap. 17. Scriptores libri Interim hiſtorici. Struuius P. 5. § 13.
Cap. 18. Scriptores Cryptocaluinismi primi. Struuius P. 5. § 23.
Cap. 19. Scriptores Cryptocaluinismi ſecundi. Struuius P. 5. § 27 - 29.
Cap. 20. Scriptores Formulae Concordiae. Struuius P. 5. § 24 - 26.
Cap. 21. Scriptores iubilaeorum generales. Struuius P. 5. § 30.
Cap. 22. Scriptores ptochotrophiorum et ergaſtulorum.

## *Sectio V. Scriptores Saxoniae litteratae.*

Cap. 1. Scriptores Saxoniae litteratae et Macenatum generales. Struuius P. 5. § 38.

Cap. 2.

Cap. 2. Scriptores academiae Erfurtenſis. Struuius P. 3. S. 1. § 6.
Cap. 3. Scriptores academiae Lipſienſis. Struuius P. 1. S. 3. § 4.
Cap. 4. Scriptores academiae Witteberg. Struuius P. 1. S. 1. § 15-17.
Cap. 5. Scriptores academiae Ienenſis. Struuius P. 3. S. 1. § 20.
Cap. 6. Scriptores academiae Halenſis.
Cap. 7. Scriptores ſcholarum illuſtrium prouincialium. Struuius P. 1. S. 2. § 11. S. 3. § 10. S. 6 § 4.
Cap. 8. Scripta de ſocietatibus eruditorum. Struuius P. 2. S. 1. § 76-78.
Cap. 9. Scriptores iuris Saxonici. Struuius P. 6. § 66.
Cap. 10. Scriptores numorum bracteatorum.
Cap. 11. Scriptores numorum ſolidorum.
Cap. 12. Scriptores numophylaciorum.
Cap. 13. Numophylacia auctione publica diſtracta.
Cap. 14. Scriptores et catalogi bibliothecarum publicarum et priuatarum.

## §. 9.

Sed reuertor ad meam Saxoniae inferioris bibliothecam hiſtoricam. Memini legere in Hamburgiſchen Berichten 1742. p. 178. Bremae ſocietatem coiuiſſe, quae bibliothecam hiſtoricam conſcribere velit. An et quatenus eius inſtitutum cum meo conſpiret, plane neſcio. Hiſtoriarum cultores itaque rogo, vt in aperiendis theſauris librariis auxilium mihi ferant. Neque tamen mihi diſplicebit, ſiquis laborem hunc praeoccupauerit, et bibliothecam Germaniae hiſtoricam bibliothecae Germaniae diplomaticae ſimilem dederit.